

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jacobi Wimpfelingij Schletstattensis Theosophi Oratio de sancto spiritu

Wimpfeling, Jakob

Phorce, 1507

VD16 W 3392

[urn:nbn:de:bsz:31-373565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-373565)

42 A


1595

42 A 1595

○ RH

1941 nr 930

Pc 2317



L. Schmidt
1745

42 A 1595

Jacobi Nimpfelingij
 Schlettstattensis Theosophi
 Oratio de sancto spiritu.

b

Phonca 1507. Anshelm.

Panzer. VII p. 229. n. 16. Amoen. Trib. II. 294. Freytag Appoi I.
 p. 179.

Ringmannus Philesius, inclyto ac generoso, d, Philip
po de Duno baroni in lapide superiori summe ædis Ar
gentinen. preposito dignissimo. S. P. D.

Clarissime pater, cum non solum ex Aristotelis sentē
tia sed aliorum etiam consensu præceptoribus secundum
deos maxima debeatur, meum studium est quia gratiā
parem eis reddere nō possum, illorum saltem monimen
ta singulari amore cōplecti, uenerari, alijs cōmunicare &
quibus possum laudibus extollere. Sciunt qui mei noti
ciam habent omnes, q̄ libenter de Fabro Stapulensi, &
ipso Foroliniensi Fausto institutoribus meis, altero cele
bri philosopho, altero poeta insigni, utroq; apud Parisi
enses florentissimo loquar. quā illorum omnia admirer
quam collaudari solem. Neq; id quidem iniuria. Quis
enim talium uirorum opera non laudet, non extollet?
Dicam minus remotum aliquid Vimpfelingus quoq;
doctor meus Germaniæ illustrator quicquid procudit
(semper autem uelut a phrica aliqd noui parit) illud om
ne suspitio & ita extollo ut nihil magis, atq; hoc ipsum
merito. Nā quis non suspiceret, quis nō extolleret, quis
non admiraretur? librum cui Isidoneo titulus est de res
cta iuuenū institutione, elegantias lingue latine, epitomā
in rhetoricam, tres libros elegiaci carmine scriptos
de uirginis marie triplici candore, librum de iregritate
cum eius apologetico, & quem de frugalitate cōtra præ
bendofos conscripsit, epitomā quoq; rerum Germani
carum, eum etiam librum qui inscribitur adolescentia.
Item apologiam illam pro re publica christiana, & que
de Germania ornatissime ab ipso scripta sunt. Præterea
in ecclesiasticis cautiones annotamenta atq; epitomā in
quattuor euangelistas. ut taceam uarias oratiōes ut epi
stolas, ut poemata, ut historias, ut soliloquium ad hono
rem Germanorū principum & procerum scriptum, ut
officia de compassione marie, ac sponso eius Iosepho, ut

*Proprietarius
maxima d. d. d. d.*

Stapulensi

Vimpfelingi

In

Vimpfelingi opera



78

statuta synodalia iussu Basiliensis episcopi ex sacris cano-
nibus cōportata, ut id genus innumera aliā pręteream.
Hęc inquam & sic eiusmodi cętera infinita quis do-
ctiorum hominū non amplecteretur? quis non lauda-
ret? extolleretq;. Ergo ut tandem ad ea ueniam quę uos
lebam dicere, factum est reuoluendo libros ab ipso con-
scriptos ut inter multa dignissima quandam orationem
olim Heidelberge de sancto spiritu habitam nondum
impresam inuenirē quam in lucem dare placuit sub tui
nominis splendore Quod existimauerimus tuę clonen-
tię non posse nō placere qualecumq; hoc cum & ipsum
Vuimpfelingum & reliquos eruditos omnis magnifas-
cias Id cum ex alijs multis tum ex eo liquet, quod illi (ut
ipse nobis retulit) & Io. Keisersbergio eximio theologo
Krijsburg.
pridem ad mensam tuam inuitatis summam humanitas
tem ostēderis, quod mansuetus, quod affabilis, quod hi-
laris, quod comis nobilissimus ipse comes affederis, nō
supremo loco (qui tibi ob generis claritatem, & notabi-
lem status excellētiam iure debebatur) sed quemadmo-
dum apud Brachmanas Indię sapientes fieri scribit Phi-
lostratus, ut sine delectu discumbant, nullum regi præci-
puum locū assignātes, ita in inferiore loco humilis quas
si illorum minister discubueris. Vnde profecto intelli-
gatur te famigeratissimi tui parentis humilitatē ac mo-
destiā, sicut & iusticiam, constantiam, integritatem, cęte-
rasq; uirtutes strenuissime (ut generosam prolem decet)
imitari. Accipe ergo bono animo & serena frōte hęc ora-
tionē, ipsum Vuimpfelingū ac cęteros qui bonas amant
literas amaturus, tuoq; ueluti Achillis clipeo protectus
Vale ecclesię decus Argen. K. Septembris. Anno salu-
tis supra sesquimillesimum sexto.

SERMO. I. VV. DE SPIRITV SANCTO AD
inclytam uniuersitatem Heidelbergensem.

Valiter expectabitur P. amplissimi mihi coram
q insigni cetu uestro copiam dari dicendi de spiri
tu qui carneus & animalis sum & de spiritu sanc
cto qui foedus & immundus sum & de spiritu dei qui ter
restris homo sum, & quonā pacto ego ipse de me tantū
sperare possem, nisi me cū diuo Gregorio dauidica po
tissimū consolaretur lyra, de optimi maximi gratiam de
se se loquentibus minime defuturā his uerbis asseuerā
dominus dabit uerbum euangelisatibus uirtute multa,
Neq; enim facile est loqui de procedente ineffabiliter a
patre & filio, spiritu, de tertia benedictissime trinitatis
persona, de uisibili inuisibiliq; eius missione in terras, de
pleno ardoris hodierno in christi discipulos aduētū. nō
inquam facile est loqui de spiritu qui patris & filij nexu
est, amor est, charitas est, qui instar amoris liberalissimi
mutuēq; charitatis procedit, qui amorū unitas est, am
plexus, donum, datū, paracletus. fons uiuus, ignis, chari
tas, spiritalis unctio dextre dei digitus, in labore requi
es, in estu tēperies, in fletu solacium, & deniq; optimus
magistorum. Hic est ille metus, hec est animi mei trepi
datio, dum hinc arduissimi negocij magnitudinem, atq;
illinc uirium mearum imbecillitatē considero, quid mi
rum si uerear, si expauescam. Verumtamē credens me
nō mediocriter adiuuari in ea re posse deuotissimis pre
cibus uestris prestantissimi. p. uestram singularem mo
destiam & summam in me humanitatem obsecro. ut me
qui ex proprijs meritis nihil impetrare possum, integer
rimē pudicissimeq; dei genitrici marie, uestris interces
sionibus cōmendatum efficere dignemini, dulcissimam
Gabrielis salutem ore animoq; repetentes. Aue. g. ple.

Spiritus

Mariae Immaculatae

Non expectetis amplissimi patres quod multa loquar
de ineffabili Trinitate, de spiritu a patre filioque mirabiliter
procedente, hoc unum mihi satis superque fore putavi,
domesticas & familiares pro qualicumque nostrarum uir-
tutum incitamento tandem exhortationes attulisse. Tan-
ta uero nostre fidei arcana peritioribus committo, qui
de summis & difficillimis rebus eque ac de minimis at-
que mediocribus per ingenij sui uiracissimum acumen dise-
rere possunt. Ego diuo Bernardo consentiens, personarum
plurimatē, in unitate essentię, ipsamque essentię uni-
tatē in personarum pluralitate, scrutari temeritatē, cre-
dere pietatē, nouisse eternam uitam arbitror, ea non que-
rere sed credere, non uenari, sed sincera fide complecti
laudabile est. Innitentes igitur dumtaxat, christianę reli-
gionis fidei, constanter credimus atque profitemur, tres
eiusdem nature hypostasēs, ab una duas, a duabus unā
(de qua sermo) ineffabiliter procedere mirabiliterque. Hęc
est nostra basis, hęc est hypothesis quoad id astruendū
possit attinere, nihil dictū opus est, ne ubi ad cōfirmandā
arduissimę rei profunditatem, argumentationes necesse-
re studuerimus, non tam ineffabili primę ueritati, quam
infirmiss & debilissimis persuasionū iudicijs fidem prebe-
re uideamur. Nulla restabit euacuatę fidei merces, & qui
nos tantillis probationum contextibus inniti deprehen-
derint, paulo momento impulsos esse rati, perpetuo ca-
tholicam fidem ipsique adherentes ludibrio deputare pos-
sent, qui corde ad iusticiam credimus & ore ad salutem
tres confitemur increatę formę ac nature personas, & il-
lam que a duabus concordī uolūtate procedit, hodie in
apostolos christi, auidos & expectantes, uisibilis indi-
cijs celo delapsam apparuisse, dū enim cōpleretur dies
pentecostes idest quinquagenę a resurrectione. erant
pariter in cenaculo mōtis syon (ubi cœna dominica pau-
loante peracta fuerat) discipuli fere cētum uiginti utris

*Personarum
plurimatē in
unitate essentię.*

*Spiritus sanctus
Voluntas
de*

Opus In igne

Ignis natus

*Septem dona
spiritus sancti*

usque sexus congregati in oratione perseverantes, & promissionem sancti spiritus expectantes. tum demum factus est de celo repente, id est de aere sonus, tanquam aduenientis spiritus id est flatus uehementis, ut tanquam nota sit similitudinis, ac si diceretur, uenit spiritus in similitudine uenti uehementis, aut reuera spiritus sanctus dicitur uehementis, quasi uehens nos a mente, & a mentis affectibus alienans, uel quasi ue adimens id est eternam damnationem auferens, uenit in sono ad terrendum rebelles, uenit in flatu qui ab interiori procedit ad uiuificandum de uotorum affectus. Et repleuit sonus ille aut spiritus, uniuersam domum ubi erant sedentes, dominice aducisionis memores. Sedete in ciuitate quoad usque in diuinitate uirtute ex alto. hec etenim dona non nisi in unum congregatis per consensum & ad superiora subleuatis per desiderium prouenire potuerunt. Et apparuerunt illis dispartite lingue, tanquam ignis id est radioli ignei, in modum linguarum, insidentes capitibus singulorum. Nec ab re spiritus in igne uisus est, quoniam ab omni corde quod replet, frigoris torporem excutit, & in eternitatis sue desiderium accendit, deus noster ignis consumens est, quam diu in nobis sunt que consumi digna sunt, cum autem consumpta fuerint, iam non erit ignis consumens, sed illuminans. Profecto sicut ignis geminam naturam habet, quoniam & lucet & urit, sic & spiritus lucet iustis, & peccatores incendit. Adde quod septem spiritus paracliti munera, naturalibus ignis conditionibus aptissime demonstrant. Spiritus enim sanctus instar ignis, dono timoris purgat, pietate liquefacit, scientia decorat, fortitudine consolidat, per consilium donum eleuat, munere intellectus illuminat, & ipsa demum sapientia dulcorat, sicque repleti sunt omnes spiritu sancto & uarijs ceperunt loqui linguis. Eam suorum munerum dispensationem siue phylonis siue salomonis uaticinium iam pridem explicauit. Spiritus domini repleuit orbem

terrarum & hoc quod continet omnia (homo scilicet cū
omnibus creaturis cōuenientiā habens, & propter quē
omnia facta sunt) scientiam habet uocis, id est linguarū,
Ac si diceretur, spiritus sanctus terrarum orbem replēs
discipulis dedit sciētiam linguarū, ut omnium gentium
linguis loquerētur. Tunc em̄ ecclesia in una tātum gen
te erat, cum autem loquerentur omnium linguis, prese
ferabant, quod ecclesia crescendo per om̄es gentes, om
nium linguis locutura esset, quia iam ecclia linguas om
nium habet. Nec inficias ibō, qui in igneis hodie linguis
ad iudicādā gratiē propagationē per doctrinam, spiritū
hauserunt, eos nihilominus paulo ante die resurrectio
nis in flatu, eūdem spiritū accepisse, qbus dictum est. Ac
cipite spiritū sanctum quorū remiseritis peccata remit
tunt̄ eis. &c. Tū fateor ad relaxāda facinora & peccata
hodie ad disseminandū in uniuersas gētes euangelium
christi spiritum aplos accepisse. Quanc̄ & Hieronymo
quoq; placet ante passionē ad purgandū & ad faciendū
miracula, qn̄ ad predicandū sunt missi, & dictum est eis.
Egros sanate, demones ej̄cite, mortuos suscite datum
eis esse spiritū sanctū. Ego (iquit Hieronymus) audacter
pronuntio aplos ex eo tpe quo crediderūt dño, semper
spiritū habuisse, nec absq; gr̄a spiritus, signa facere potu
isse, sed eum p̄ modulo atq; mensura recepisse. quē sane
cōstat, non uisibiliter solū, sed & Inuisibiliter effundi. uisi
biliter in quintuplici specie datus ē. In colūbe specie sup
christū baptisatū, in nubis lucide specie sup christū trās
figuratū, in flatu qn̄ (ut memius) saluator isufflādo sp̄m
pasche die dedit, postremū in gemina ignis & linguarū
spe hodierna luce palā apparere dignatus est Inuisibiliē
q̄q; mittit, cū ad sc̄tificandā creaturā castis q̄bulq; mētis
bus illabit, cumq; nostros aios inuisibili clementer illus
trat potētia, id in nobis efficiēs ut declinātes a malo faci
amus qd bonū est, tamen si aut̄ diuisiones gr̄ar; sunt idē tū

Hieronymus

*Spiritus sanctus datus
visibiliter & Inuisibiliter
in quibuslibet
Anno.*

*Spiritus sanctus datus
visibiliter & Inuisibiliter*

*Spiritus sanctus in nobis
tria operatur* *penitentiam
supplicacionem
pro peccatis remissionem*

*Tria quae
S.S.*

pena

Supplicatio

*Pro peccatis
Remissio*

Spiritus, qui ad declinandum a malo, tria in nobis cōpun-
ctiōnem scilicet supplicationem & remissionē operatur
initium omniū reuertendi ad deum penitētia est, quam
sine dubio spiritus operatur, non noster, sed dei, idē &
certa ratio docet & confirmat auctoritas. Quis enim cū
ad ignem uenerit algens & fuerit calefactus, dubitabit
in se ab igne uenisse calorem quem habere non poterat
sine illo. Sic ergo qui prius in iniquitate erat frigidus, si
post modum feruore quodam penitentię accendatur,
aliqm sibi spiritum (qui suū arguit & diiudicat) non du-
bitet aduenisse. Habes hoc & in euangelio, ubi cum lo-
queretur de spiritu, quem accepturi erant credentes in
eum, ille inquit arguet mūdū de peccato. Sed quid pro-
dest pœnitere de culpa & non supplicare pro ueniā? ne-
cesse est ut hoc etiam spiritus operetur, dulcedine quas-
dam spei replens animū, per quam fiducialiter postules
nihil hesitans. uis ne ostendam tibi etiam hoc opus esse
spiritus sancti, utiq; dum adest ille, tale aliquid in tuo spi-
ritu nō inuenies, deniq; ipse est in quo clamamus abba
pater, ipse est qui postulat pro nobis gemitibus inenar-
rabilibus. Et hęc quidem in corde nostro, quid autem in
corde patris. Sicut in nobis interpellat pro nobis, ita in
patre delicta donat cum ipso patre. Aduocatus noster
apud patrem in cordibus nostris. domū noster in cor-
de patris. Itaq; quod postulamus idem ipse donat, q̄ do-
nat ut postulemus, & sicut nos erigit pia quadā fiducia,
ita deū inclināt ad nos magis pia misericordia sua, ut aut
prorsus scias quod peccatorū remissionē sanctus opaf
spūs. ausculta qd olim audierāt apostoli. Accipite spiri-
tum sanctū quorum remisistis peccata remittūtur eis,
porro ad faciendum bonum quid in nobis. S. S. opatur,
profecto monet & mouet & docet, monet memoriā, ra-
tionem docet, mouet uoluntatē. In his enim tribus tota
cōsistit anima. Memorię suggerit bona in cogitatiōibus

*Manne
Monte
Dore* *Sumoria
Schimborg
Rauensberg*

sanctis, atq; ita ignauiam nostram torporemq; repellit
qua de re quoties huiuscemodi boni suggestionem sen-
seris in corde tuo, da honorem deo, & exhibe reuerenti-
am spiritui. Si cuius uox sonat in auribus tuis, ipse nanq;
est qui loquitur iusticiam, & in euangelio habes, quia il-
le suggeret uobis omnia quecuq; dixero uobis Aduer-
te quid promiserit, ille docebit uos omnia, dixeram em
quia docet rationem. Multi siquidem mouentur ut bene
faciant, sed minime sciunt quid agendum sit, nisi assit de-
nuo gratia spiritus sancti, & quam inspirat cogitatioem
doceat in opus proferre, ne uacua in nobis sit gratia dei
sed quid? scienti bonum & non facienti peccatum est illi.
propterea non solum moneri & doceri, uerum etiā mo-
ueri & affici ad bonum necesse est, A beo utiq; spiritu, q
adiuuat infirmitatem nostram, qui affectum atq; uolunta-
tem (ut dixi) mouet & excitat, per quem in cordibus no-
stris effunditur charitas, que est bona uoluntas, itaq; cum
sic adueniens spiritus totam possederit animam suggerens
do, instruendo, afficiendo, loquens semper in cogitatio-
nibus nostris, ut audiamus, & nos quid loquatur in no-
bis dominus deus, rationem illuminans, uoluntatem in-
flammans, & non tibi uidetur, quia totam domum imple-
uerint dispertite lingue tanquam ignis. Nam in his tribus
paulo ante dictum est animam consistere totam. At forte
pusillanimis dubitas tibi unquam spiritum sanctum adue-
nisse, eiusq; presentiam corporalium sensuum cogitatio-
ne uenaris, Erras, non recte sapis, non tibi uidetur, quia
coloratus non est, nec auditur, quia non personat, neq; ta-
ctu deprehendis, quoniam palpabilis non est, sed inuisi-
biliter atq; insensibiliter intima tui pectoris arcana per-
netrat, qui ubi uult spirat, & uocem eius audis idest sug-
gestionem & sancte cogitationis immisionem percipis,
at nescis unde ueniat aut quo uadat, quam obrem? quia
incoprehensibilia iudicia eius & inuestigabiles uie eius

b

Dors

Admirari
monstrum

Q

*Præsumptio
Synonyma*

Si inuestigabiles uig eius, queris unde illum adesse no-
uerim. nempe ex motu cordis intellexi presentiam eius
& ex fuga uiciorum, carnaliumq; cōpressionē affectuū
aduerti potentiam uirtutis eius, & ex discussione redar-
gutioneq; occultorum meorum admiratus sum pfunditatem
sapientiē eius, & ex quantulacūq; morum meo-
rum emendatione expertus sum bonitatē mansuetudin-
is eius, & ex reformatiōe atq; renouatione spiritus mē-
tis meę, percepi utcumq; speciem decoris eius, & ex cō-
tuitu omnium horum simul expaui multitudinē magni-
tudinis eius, Primis ecclesię temporibus, cadebat super
credentes spiritus sanctus, & loquebantur linguis quas
non didicerāt, quomodo spiritus. f. dabat eis p̄nunciare
si ergo per tanta miracula nō fiat modo in nobis testimo-
niū p̄sentię. S. S. unde fit? unde cognoscit quisq; accepit
se se spiritū sanctū? Interroget cor suū. Si diligit fr̄em, ma-
net cor dei in illo, uideat & probet seipsum coram oculis
dei, uideat si est intra se dilectio pacis & unitatis, & dile-
ctio ecclesię toto terrarū orbe diffusę. Ergo si uis nosse
quia accepisti spiritū sanctū. Interroga cor tuū. si est dile-
ctio in te fratris, securus esto, nō potest dilectio esse sine
spiritu dei, qm̄ Paulus clamat, charitas dei diffusa est in
cordibus nr̄is, per sp̄m sanctū qui datus est nobis. At si
frat̄e tuū odio p̄sequeris, si p̄teriorū facinorū uolupta-
te caperis, si offensam ex aīo nō prorsus depuleris, si mū-
di huius illecebris om̄ino adhuc coheres, sp̄m sanctū
te nō existimes recepisse, spiritus te fugiet, nō secus quā
lupum sibi inimicissimū blanda fugit ouis, & simplex ac-
cipitrē columba Venerandi patres magistrīq; in christo
semp̄ obseruādissimi, si nobis fraterna defuerit charitas
deerit q; spiritus, si suffragia cōsilia aut uota unquā in
nr̄a republica ex iniqua mētis affectiōe, inuidia, morbo
uindictę, p̄stamus, longe a nobis est sp̄s, si nos in re pri-
uata, damnū unius assis aut dipondij uehemēcius angit

atq; sollicitat, quā. xxx. librarum iactura, quę attinēt ad rem publicā, si dolemus aliū quempiā competitorē, ad dignitatē officium & statum quēuis esse prę nobis sublimatū, abiit iam dudum a nobis spūs, si sit mutua bursa rū aut collegiorū infamatio, si dolo uel insidijs abducunt scholastici, & a suis ad quos missi fuerant magistris fallaciter abstrahuntur, si supprimunt quas secum afferunt literę cōmēdatiçę, charitas in nobis non est, spiritus de est, si nos alterius burse collegij uel uig aut pręceptores aut discipulos odio prosequimur, si de nostris rebus & negocijs coram laicis cōtendimus, fraterna charitas exuncta est, frustra in nos hodie uenturus expectat spiritus, si insidiamur alienę disciplinę, si a gradibus dignos repellimus, si minus accomodatos ipi iuristuradi immemores pmouemus, si ea temere aspernamur studia quę nos inopia quondam pręceptorū non didicisse in conscientia dolemus, si angimur & excruciamur alium id forte ingenio & studio suo consequi, quod nobis non licuit unquā, si ex arrogantiā & desiderio ceteros opprimēdi scholasticis semper nitimur clamoribus, uictores apparere, euanuit a nobis dilectio fratrum, spiritus uti non inest ita neq; inerit, si non accurate intenderimus discipulorum utilitati & salutē, qui nostrę fidei a parentibus uel amicis unice crediti sunt & fidelissime cōmendati, si nō in primis uniuersę grāmaticę sinem in elocutionē uel delicet latine lingue eos exercere curabimus, si innocētes & inexertos scholasticos nostrę curę cōmissos, sinimus fere quotidie ad fontes, ad nemora, saltus euagari, non sine turpi nota gymnasij nostri, non sine tpis amissione, quo nil preciosius, non sine magnis sumptibus, pro quibus dies & noctes parentū sudor p tota corpora diffundit nō sine studij negligētiā & sūma lrarū distractiōe, taceo de pueris moribus, de leuitatibus in xbis, i uestibus, in capillis, in icessu, taceo de insolēcijs, diurnis nocturnisq;

Ad Jurgium

clamoribus, Arborum incisionibus principi nostro mi-
nime gratis, Taceo de rixis, ludis, lasciujs, luxurijs, ebri-
etatibus & pudendis eructationibus, quas uicini audire
possunt. Taceo q̄ de hijs tam pudendis & crebris enor-
mitatibus loquuntur laici, loquuntur prelati, loquunt
principis nostri officiales, si illis de absentibus loqui li-
cet, an ego apud presentes tacebo? *o nostre literarie rei*
pub. capita, o preceptores, o magistri quousq̄ finitis ef-
frenes ac indomitos discipulos, laxis habenis quocunq̄
cupiunt per auia discursare? Mittebant olim ad uniuersa-
les academias, proceru & ciuium filij, ut illic cum bo-
nis literis preclaras uirtutes bonosq̄ mores & amabilem
disciplinam apprehenderent, o qua turpe erit uniuersita-
tibus & uniuersitatum primoribus, si incuria sua nunc
assuescant adolescentes, inhoneste ac turpiter more sa-
tellitum & bella sectantium uestiri, arma gerere, noctu
uagari, laicos inuadere, vulneribus afficere, aut uerbis
& acclamationibus laceffere, scortari, blasphemare, in glu-
uiem sequi, conciones & rem diuinam floccipendere, non
oportebat ppter hos mores addiscendos sumptus apud
exteros facere, poterant enim hijs mores in patria apud
triuiales scholas (quas bacchantrias uocant) facile in eis
plantari. Cauete ne olim discipuli adultam etatem nacti
cum spiritus sancti gratia eorum conscientias tetigerit,
ut de hijs adolescentie moribus erubescant, & uobis ma-
ledicant, q̄ sue ignorantie, sue temeritati, sue precipiti las-
ciuie nullos auctoritate uestra frenos imposueritis, cum
potuissetis & reuera debuissetis. Ad hunc uenerabilem ce-
tum loqui iussus sum, de nostris ergo negocijs, in qbus
quotidie uersamur, cordi fuit afferre sermonem. Non
loquimur laicis, non satellitibus, non beguttis, ad mag-
nos totius academie principes, bur sarumq̄ & collegio-
rum rectores uerba nostra flectuntur, frustra docet prin-
ceps, quo pacto silentium in coenobio sit obseruandum

frustra docetur Ianius aut cupidinarius, quemadmodum
philosophice palestre & bonis doctrinis & egregijs mo-
ribus sint instituendę, frustra mercator profecturus in
angliam, quemadmodum salutiferis res publica legibus
& preceptis sit administrada, frustra satelles, quomodo
begutte omni hebdomada eucharistiã sumentı, mortaz
lia in primis crimina cauenda & ad malum illectrix ho-
minum frequetia monachorumq; & precipue fratrum
mendicantiũ septa longe sint fugienda, frustra docetur
begutta, ut neminem concuciat, nulli calumniã inferat,
proprijsq; cõtenta sit stipendijs. Nobis hic sermo factus
est. Nostra iam & philosophica uita ut in melius refor-
metur elaborandum est. Sed quid loquar ad uos religi-
osi fratres? Sedetis hic ante oculos nostros, uos inquam
non uidere non possumus, uisi me ut saltem aliquid uo-
bis dicam impellit. Non uos credite spiritus sancti gra-
tiam affecutos, si mox ut primas uix iam philosophię in
extremis oris literulas apprehenderit, ad uestras cel-
las reuertamini. non ideo habetis spiritum sanctum qa
syllogismorũ potestates & modalium oppositiones. aut
Alexandrina impedimẽta & uere impedimẽta uobiscũ
asportatis. Non eritis utiles conuentibus & monasterijs
uestris, non poteritis predicare, non prestare consilia in
calibus conscientię, non ad spiritualis uitę incremẽtum
fratres hortari, non diuinã laudem augere, si forte per-
strepentium uniuersaliũ atq; predicamentorũ differen-
tiam, solum iactabitis uos scire, si in demonstrationibus
de genere in genus descendere noueritis, non ideo con-
cessum est in exercitio spiritali ascendere de uirtute in
uirtutẽ, ut uideatur aliquãdo deus deorum in syon. Nõ
intra uos fratres manebit spiritus reuersos, si nõ quoad
fieri potest) oportune sacrarũ adiuumento literarũ (quas
hic imbibistis) in ueteratis uestrorũ monasteriorũ abusi-
bus contra ueneritis. Quippe si nõ id effeceritis, ut pars
b ij

Orgi. 172

*Ad Collegio
175*

Don. K. Lij. 900.

rochijs quas incorporatas possidetis, p salute ouiu, pro
qbus christus sanguine suum effudit, & ob quas pascē
das hodie spūs apostolis innotuit) honesti & docti plez
bani p̄ficiant, ne de cetero impericiores assumatur, q
cum se modicis & tenuioribus sinant faciri emolumen
tis, nō opus est uereri ut ad maiora uos in dies stipendia
urgeant superoganda. Non placet deo cœnobiorū in re
bus t̄p̄alibus opulentia, si pauperes qui labore suo tems
poraria ministrant, cœlestis cibi fame cōficiantur, nō pla
cet deo (mihi credite) frugum, bacchi, censuū, accumula
tio, si christi pauperibus nihil aut parum erogetur, si cū
abbas delicatissimis sese quibusuis esculentis per inglu
uie oppleuerit, fratribus diei & estus pondera perpeffis
dies & noctes cauentibus modica solū & sua lentia for
san anteferatur oua, Inde fit, ut quod honestati detractū
est, & a sudoribus pauperū sine misericordia extortum,
uel in caballos & palefēdos principū, aut equiferos, so
nipedes, dextrarios, spadices, succufarios uel in molos
fos eorum, panuagos, leporarios, odorisequos, laconis
cos, aut leuerarios abundāter effundi necesse est, ut qd
non capiunt christi pauperes, & ecclesiarū rectores, de
uorent uenatici principum canes, & quod ex decimis &
censibus anniuersarijsq; ecclesiarū abstrahitur, in uena
tores, in currus, & nobiliū magnatorumq; ueredos co
piosissime impendatur, & quod amicis negatum fuerat
emulis & persecutoribus uestris liberaliter p̄stetur,
Non ita Bernardus uixit, quē uos ur̄ religionis nō mi
nimū abbatem sepe gloriāmini. non congeffit auri pon
dera mille, nō infēdit gradario, decem equitum splendo
re comitatus. nō auream torquem in collo gestabat, nō
ex decimis passim granaria & omne penu repleuit, plez
banis ipsis uix tandē feces atq; infecundas paleas relin
quens, non collegerat de p̄uentibus immensos aceruos
munificentiam in pauperes & monachos suos nō exer

Abbas

Bernardus

ceus, V
hilitron
educare
omni pa
cans, att
uini qu
mentis,
suauiter
ds rebū
na tran
inquam
rauit fr
ces esse
Quod
abierit
dicam
stiterit
iri per
parlim
me, si
nus illu
rogo
sumus
uerant
ex tot
cunct
confic
da fal

cens, Vnde postmodum satellites, uenatores, gerrones,
histriones, innumeros ex principū curijs aduenantes
educare cogeretur. Bernardus dei & fratrum amore ex
omni parte succensus, rerum terrenarū superflua rese-
cans, attente obnixeq; studebat, ut in spiritualibus & di-
uinis que ad animas spectant fratres sui p̄ficerent incre-
mentis, hortatus est, monuit, p̄dicauit, docuit, lepide,
suauiter, pie, humaniter, ut posthabitis fluxis atq; cadu-
tis rebus, animos suos ad eterna & immarcescibilia bo-
na transferrent, uidete sermones diui Bernardi, uidete
inquam, quanta hodie diligentia, quāto feruore deside-
rauit fratrum mentes inflammari, ut spiritus sancti capa-
ces essent, & gratiam eius digne recipere mererentur.
Quod si uos imaturi & nō minus indocti ex studiū loco
abieritis quā adueneratis, si uestrorū cœnobiorum ne-
dicam consuetudinibus, sed prauis corruptelis non ob-
stitieritis, haud unquam spiritu sancto uos ipsos repletū
iri pertimescendum est, etiam si tam dure & uehementi
parimonie ieiunioq; indulseritis, rumpantur ut ilia fas-
me, si autem uobis o charissimi fratres nobiscum spiri-
tus illustratio inflammatioq; hodierna die obtigerit, qd
rogo maius unquā expetere quid utilius obtinere pos-
sumus. p̄cipue si illius gratiam bonorum operū perse-
uerantia conseruare satagemus. Quod ut impetremus
ex toto cordis affectu dicamus. Veni sancte spiritus &
cuncte cœlitus lucis tue radium Da tuis fidelibus in te
confidentibus sacrum septenarium. Da uirtutis meritū
da salutis exitum, da perhenne gaudium.

31 Phorce In ædibus Thomę Anselmi
Anno. M. D. VII. Mense
Maio.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint text, possibly a signature or date, located below the main body of text.



No 4753

